

diu Jon. h. tradit etiam Joann. Lupus, Cassillo. Gomez Arias, Azebedo proxime allegati. Zamillos in suis pract. q. 1. nu. 8. & 9. Lectulus vero hic deducendus est ex aceruo lucrorum. que costante matrimonio acquiritur, si talia lucra non superint, deo acetur ex capitali coniugis defuncti vt docent Gutierrez lib. 2. pract. q. 95. n. 17. Aluaradus, Lud. Lopez. proxime allegati. Zuallos. d. q. 1. nu. 8. & 10. & refert Aluaradus sic definitum esse in regio Granatesi pratorio. Vnde dicunt Gutierrez, ea. q. 95. nu. 18. & Zuallos ea. q. 1. nu. 8. si lectus hic deductus sit ex diuisis lucris, cum aliis communis esset vtrique coniugi, superint, qui illum integre habet, si secundis nuptiis copuletur, diuisorum est hereditibus alterius medietatem, & filij ex priori matrimonio superint, solum illam medietatem illis referuari, reliquam autem medietatem tanquam ex bonis propriis habitam, esse prorsus coniugis illius secundum coniugati. Ad dit Gutierrez lectum hunc deductum ex capitali coniugis defuncti, q. non superint, nec aliqua, teneri superintem ad secundas nuptias transirem, integre restituere, ac referuari filijs prioris matrimonij, si illi superint, vt potest, qui ex bonis coniugis defuncti est omnino habitus. Intellige autem restituendum esse hereditibus defuncti, quando superintes transe ad aliud matrimonium intra annum luctus. Vt docet Perez lib. 5. ordinam. tit. 1. l. fin. fol. 54. vers. item per matrimonium. Cetera de hoc lecto quo-

tidiano videnda sunt apud Doctores allegatos. Dobitatur ergo, an correctum sit at tunc iure Canonico, lectum hunc restituendum esse a coniuge secundo coniugato intra annum luctus? Respondetur negatiue. Quia non est proprie pena nuptiarum secundarum, & ita est communis coniugi vtrique; cum tamen pena anni luctus solum viduam afficiat: (vt nu. 20. probauimus) sed lex ea conditione lectum applicauit coniugi superint. Et ita tradit Joann. Lupus l. 15. Tauri. nu. 6. Et ceteri Doctores relationquam rem manifestam supponunt.

Ad argumenta nu. 21. 22. proposita respondetur. Ad propositum nu. 21. constat ex dictis nu. 23. quantum enim is textus solum in famiam expresserit, at ratio in eo tradita ad omnes penas extenditur. Ad primum cum sua confirmatione propositum. nu. 22. dic satis esse, vt iuris Canonici sit legem civilem corrigere, per huius decisionem impediri libertatem a Christo permissam transgredi quandoque; ad posterius matrimonium, soluto priori: adde ex ea prohibitione, spueri aliquo; peccatum cum auferatur libertas vt di medicina incontinentia; atque ita prebetur fornicationibus ansa. Ad secundum die leges insertas in Decreto non habere vim iuris Canonici, nisi a Pontifice aliquo; aut a concilio generali approbentur, (vt dicam lib. 10. disputat. 12. nu. 5.) Quod hic non contingit: imo reprobata sunt. cap. finali, de secund. nupt.

DISP. OCTOGESIMA OCTAUA.

Quæ sint penæ secundis nuptiis iure Civili indictæ in fauorem filiorum prioris matrimonij: & an ex iure Canonico corrigantur?

SUMMARIUM.

Quæ quæstiones disputanda sint: & nomine secundarum nuptiarum etiam tertia, & vltiores intelliguntur nu. 1.
 Coniugis secundum coniugatus referuat filijs bona ab altero quaest. nu. 2.
 Vidua secundum nubens, quid possit dare marito: & quid, si vnicum habeat filium, incapacem tamen successionis: & si plus det, an totum sit irritum: & sit hac pena communis quocumque viro? nu. 3.
 An ea vidua perdat filiorum tutelam? nu. 4.
 Quid, per sponsalia de futuro, vel si iudicem adeat, tutorem petitorum, vt secundo nubat? nu. 5.

Quid, si posterius matrimonium non sit summaturum vel non sit facta traditio? numero 6.
 Quid, si matrimonium sit nullum? nu. 7.
 Quid, si tutela sit testamentaria? nu. 8.
 Quid, si vir concepit faciat: atrem secundum nubentis, vel vt reineat tutelam? nu. 9.
 An ab hęc sententia iudicis perdat ipso iure tutelam? nu. 10.
 Quid, si vidua curatrix sit filiorum? nu. 11.
 An pater secundum coniugatus perdat tutelam, & administrationem? nu. 12.
 Quas penas incurrit secundum nubens non petitorum filijs tutore: & quid de viduo secundum coniugato?

ingato: & an bona posterioris viri sint tacite obligata pro mala vxoris administratione? nu. 13.
 An perdat similiter munus exequuticis testamenti viri? nu. 14.
 An amittat facultatem nomine viri restandit? nu. 15.
 An amittat educationem filiorum? Refertur quaedam sententia nu. 16.
 Proponitur sententia Authoris: & praesumptio iuris, & de iure ex solis actibus prateritis potest desumit? nu. 17.
 An in hac educatione preferenda sit mater concurrentibus paribus qualitatibus in ipsa? nu. 18.
 Quid, si ea sit filijs successuram? nu. 19.
 Quid de patre transente ad secundas nuptias? nu. 20.
 An mater hac teneatur in foro conscientia hac educationem relinquere? nu. 21.
 An possit exemplariter filio amentis substitueri? Refertur duplex opinio. nu. 22. & 23.
 Proponitur sententia Authoris, nu. 24.
 An ea facta ante secundas nuptias, euanescat per eas? nu. 27.
 An pater secundum coniugatus priuatur ea potestate substituenti? nu. 26.
 An mater secundum nubens excludatur per tacitam pupillarem? Refertur quaedam sententia nu. 27.
 Proponitur sententia Authoris. nu. 28.
 An excludatur mater per tacitam pupillarem, quando ei legat aliquid vir cum conditione non nubendi? nu. 29.
 Quid, si legat ei, donec vitam vidualem serauerit? nu. 30.
 An perdat secundum nuptia priuilegia honoris, & fori viri? nu. 31.
 An filij reuocantur alere, & dotare matrem secundo nubentem? nu. 32.
 An ea possit reuocare donationem ratione ingratitudinis: & quid de patre? nu. 33.
 An secundum nubens amittat ius prelacionis in priori dote? nu. 34.
 An pater secundum coniugatus teneatur satisfactio de restituenda hereditate filijs, & de bono vsu aduenturorum? nu. 35.
 An mater secundum nubens teneatur de medicis rationem reddere, quantumvis testatore relicta sit? nu. 36.
 An valeat pena sub qua coniuges se obligant ad abstinentiam ab alio coniugio: vel pena sub qua se obligat quispiam ad ingressum religionis, nisi sponsalia perseveret? nu. 37.
 An post nu. 37. inuenies summaria, qua desistat.

Dvplex est agitata questio. Prior, le penis iure civili statutis secundis nuptiis, in fauorem filiorum prioris matrimonij. Posterior, de earum correctione iure Canonico. Questio ergo prior est, quæ sint hæ penæ? Et Et id quidem tanquam certum premitendum est, secundas nuptias non solas dici quæ secundæ sunt, sed etiam tertias, & vltiores respectu præcedentium. Quod constat ex l. cum alijs. 4. C. de secund. nupt. ibi: *Omnes posteritas ex quocunque suscepta viro. Et paulo inferius, Ex quocunque coniugio suscepti filij.* Et l. hac ed. tit. 1. 6. Ratim in principio. C. eodem tit. ibi, *Ad secundam, vel tertiam, aut vltiorem repetiti matrimonij vota iurauerit.* Et docent Glossa rubrica. C. de secund. nupt. & ibi Bartol. nom. vnic. De cuius nu. 5. Ripa in noua editione. nu. 6. vers. pro declaratione. Azo luma. eod. tit. num. 1. Nicolaus de Vbaldis de successione ab intestato. 2. part. nu. 10. Bologninus in addit. ad Mathesylanum de success. ab intestato. art. 2. principali, membro 1. nu. 19. fin. Joann. Lupus. l. 15. Tauri nu. 8. & ibi Casillo nu. 1. Antonius Gomez nu. 6. sine.

Prima ergo pena est, vt eod ipso quod coniugis transeat ad secundas nuptias, amittat proprietatem omnium bonorum, quæ a coniuge defuncto consequutus est, & ea transferat ad filios prioris matrimonij, relicto solo vltroctu. Constat ex l. femina. C. de secund. nupt. De cuius penæ explanatione est instituenda tota disputatio sequens.

Secunda pena est, Nô potest in dorem dare marito, nec alio titulo ei relinquere; plusquam dederit vni ex filijs prioris matrimonij, cui minus reliquit. l. hac ed. tit. 1. 6. in principio. C. de secund. nupt. & an sit plus, minusve, inspicitur tempus mortis: vt ibi habetur. §. huic obseruationi. Hæc autem minor pars data filio, quam nequit excedere reliqua secundo viro, est compunctanda pensatis nô solum, quæ filius habuit in testamento parentis, sed etiam quæ ab ipso superstite habuit. Quare si filius coniugis secundum nubentis conquisitus est ab ipso centum vicæ tempore, & totidem in testamento, poterit hic dare posteriori coniugi ducenta. Quod clarè colligitur ex dict. l. hac ed. tit. 1. in principio, ibi. *Quam filius, vel filia habet, cui minor portio vltima voluntate relicta, aut data fuerit, aut donata.* Et docet Angelus auth. de nupt. in princ. n. 4.

Quod si secundo nubens unicum filium habeat ex priori matrimonio, ita; sit in capax luccesionis, vt quia professus est in ordine minorum, potest omnia bona postea viri relinquere. Quia cum sit in capax, reputatur ac mortuus. l. si necesse. §. de portatus. ff. de bonis libertorum. Sic Angelus ibidem num. 13. Si vero plus relinquat viro, quam vnus filius, cui minus reliquit, illud solum vterius erit irritum. Vt constat ex dict. l. hac edictali, in fine principij, ibi: *Sin vero plus quam statutum est, aliquid nouerit, vel vtricio volitum, vel donatum, aut datum fuerit, tanquam non scriptum, neque relicum, vel donatum, aut datum sit, ad personas deferri liberorum, & inter eas diuidi iubemus*, vbi non integrum relicum, sed illud plus irritatur. Atque ita tradunt Angelus ibidem num. 13. Glossa dict. l. hac edictali, verb. diuidi. Alexander de Neuo. c. finali. num. 8. de secund. nupt. Tandem hæc pœna est communis viro, & foeminae transeunt ad secundas nuptias. Vt constat ex d. l. hac edictali, statim in principio, ibi: *Pater, materve*. Et docet Garronis rubrica. C. de secund. nupt. num. 9. pœna 2. Et alia multa circa hæc pœnam possunt videri in Antonio Gabriele tomo 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secundis nuptijs, tota conclusio 4.

4 Tertia pœna est: mater transiens ad secundas nuptias amittit filiorum tutelam. Constat ex l. finali, & Auth. Sacramentū. C. quando mulier tutelæ officio. Et auct. vt sine prohibitione matres. §. vnico, collatione 7. & l. 5. tit. 16. part. 6.

5 Circa quam pœnam dubitatur 1. an hoc procedat, quando sunt sola sponsalia de futuro? Quidam partem affirmantem sustinent. Nam ab initio denegaretur tutela matri, nisi abstinentiā à secundis nuptijs spōderet: quare statim ac adest animus secundum nubendi, incipit esse suspicio, quæ in causa est, vt amittatur per secundas nuptias. Ita Bartol. athen. Sacramentum. num. 3. c. quando mulier tutelæ officio. Angelus §. actionum. quest. 20. num. 41. In lit. de actionib. Imò quando adit iudicem significans se velle nuptias contrahere, petitq; tutorem filijs tradit aliqui tutelam perdit. Quod iam incipiat mater esse suspecta. Sic Bart. & Angel. ibidem. Idem Bart. l. si quis sub conditione. num. 28. ff. de testam. tutela. Decias cap. ex parte. M. in noua editione. num. 29 & 30. de appellat. Sylua nuptialis lib. 2. verb. vidua: non est nubendū.

num 50. Antonius Gabriel tomo 3. comun. opinion. lib. 3. tit. de secund. nuptijs, conclusio 9. num. 13. At verius est, minimè perdit per sponsalia de futuro. Quia auct. Sacramentum. cap. quando mulier tutelæ officio, tantum dicit, *Contractis secundis nuptijs*. & l. 5. tit. 16. part. 6. *Casando la madre*. Et cum hoc sit pœna, non est extendendū. Præterea, quia potest postmodum renunciare sponsalibus, & sic cessabit suspicio. Deinde, quia facilius quisquam impeditur habere, quam rem habitam retinere. l. r. §. casum. ff. de postulando. Quanuis ergo mater, quæ sponsalia contraxit, admittenda non sit ad filiorum tutelam, at si antea admissa sit, non ob id statim repellenda est, donec matrimonium ineat. Quare hæc partem sustinent Speculator. tit. de tutore. §. nunc dicendum. num. 4. Salycetus. d. athen. Sacramentum. num. 4. Ruinus conf. 87. num. 3. volum. 5. Menochius de arbitrarijs lib. 2. casu 151. num. 7. Gutierrez de tutel. 1. part. c. 9. nu. 2. Gregor. Lopez. l. 5. verb. casando. tit. 16. part. 6. Nec licet ad eam iudicem petens tutorem, eò quod ad secundas nuptias transire velit, eam perdit, donec transeat. Quia textus petunt contractas esse nuptias. Deinde, quod suspecta non reputetur quæ obtemperans legi actum facit, per quem omnis suspicio debet amoueri, nimirum, petere tutorem: & offerre se ad reddendam tutelam rationem. Et sic sustinent Salycetus. num. 3. & Gregor. Lopez, Gutier. & Menochius ibidem.

6 Secundo dubitatur, an si matrimonium nondum consummatur sit, perdatur tutela. Pars enim negans inde probari potest, quod in materia hac pœnali id non reputetur matrimonium, nec nuptiæ. (vt in simili dixi disput. precedenti num. 19. At dicendum est perdit tutelam. num. 19. At dicendum est perdit tutelam. Quod iura solum ponderent fractam esse promissionem factam in tutelæ acceptione, abstinentiā à secundis nuptijs, & iudicem suspicionem malæ administrationis, quæ in matrimonio nondum consummato reperiuntur. Et ita sustinent Baldus. l. omnem. nu. 10. Cad. Senat. consult. Terrul. Alexander de Neuo. c. finali. num. 10. de secund. nupt. Anton. Gabri. tomo 3. comun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. 9. num. 13. Et Doctores, quos retuli. nu. precedenti dicentes amitti per sponsalia de futuro, nedum per matrimonium ratum. Quod si non sit facta traditio ad domum, non amittit tutelam, tenent multi, quos refert, & sequitur Me-

nochius

nochius. d. casu 151. num. 8. limitans cum Boerio, & alijs, nisi ante traductionem consummetur matrimonium. Sed melius Gutierrez eo. c. 9. num. 9. tenet per traductionem perdit, ante consummationem.

7 Tertiò dubitatur, an amittatur per matrimonium irritum? Affirmat Baldus. c. ex parte. M. num. 20. de appell. dummodo interueniat carnalis copula. Ducitur, ne plus cõcedatur luxuria, quam castitati, per quã deperditur, nempe, per secundas nuptias, quæ casta sunt. At hoc existimo pertinere ad pœnam fori externi: & ita in cõscientia non perdit ante iudicis sententiam. (vt latius dicemus disput. 90. num. 11.) Quia id matrimonium non est verum, atq; ita non verificatur foemina illam ad secundas tradidisse nuptias, vt sic ipso iure vacet tutela.

8 Quartò dubitatur, an hoc procedat in tutela etiam testamentaria, nimirum, quando mater relicta est in testamento viri tutoris filiorum? Partem negantem sustinent aliqui. Quia l. omnem. C. ad Tertul. vbi est sermo de matre ad secundas nuptias tradente, non petito filijs tutore, solum est sermo de tutela legitima, quæ ea sola amittatur per transitum ad secundas nuptias, ibi: *Si ea legitima liberorum tutela suscipiatur*. Et nulla lege cauetur testamentariam perdit: neque est eadem ratio sicut in legitima. Quia in testamentaria eius fides à testatore est approbata, & idem non cogitur satisfacere, In lit. de satisf. tutor. in principio: Et cum potuerit vir cogitare fore, vt vxor secundo nubere, & nil dixerit, præsumitur eum parui pendisse. Hanc partem sustinet Baldus auct. eisdem pœnis. nu. vltimo. C. de secund. nupt. Et eam forte de iure veriorum esse dicunt Angelus de Aretio. §. actionum. quest. 19. nu. 41. In lit. de actionibus, & Angelus de Gambellionib. tract. de testamentis, Gloss. 96. num. 12. Sed dicendum est, perdit etiam tutelam testamentariam filiorum transeunte matre ad secundas nuptias. Probat ex §. fin autem tutela. vers. nos autem, auct. de nuptijs, collat. 4. ibi: *Simpliçiter aequalem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem ei, quæ ante lugubre tempus nupserit*. At nubens intra luctus tempus, tanquam infamis, ac suspecta, & odiosa memoria defuncti, & legi, ad nullam tutelam aspirare potest. Præterea, quia textus generaliter loquuntur de tutela. Vt constat ex eadem iuris, quos num. 4. retuli. Et militat eadem ratio in hac tutela, quæ in alijs, nempe, præsumi malam administrationem,

ac bonorum dispersionem propter affectum secundi viri. Et idem ita tenent Glossa. d. l. omnem, in fine. Et ibi Bart. nu. vnico, Baldus. num. 7. Albericus. nu. 1. dicens se vidisse ita obseruari, ac in iudicio obtinuisse. Salycet. nu. 5. Corneus. num. 2. Idem Bartol. athen. de nupt. collat. 4. §. fin autem tutelam. num. 8. Idem Bald. athen. Sacramentum, in fine. c. quando mulier. Et conf. 249. ista questio est dubia, in fine, volum. 1. quod est. confil. 5. in 3. vol. in nouiori editione. Et cap. ex parte M. nu. 2. de appellatione. vbi & Francus. nu. 2. notabili 3. Ruinus conf. 87. nu. 2. & 3. volum. 5. Garronis auct. eisdem pœnis. nu. finali. C. de secund. nupt. quod decisione 539. statim in principio. Sylua nuptialis lib. 2. verb. vidua: non est nubendum. num. 50. Boerius decif. 124. nu. 12. Viuius decisione 364. num. 7. Gregor. Lopez. l. 5. verb. facar. tit. 16. part. 6. Antonius Gomez. l. 14. Tauri num. 11. versic. item adde. Tello. l. 6. Tauri num. 31. Villalobos in antinomia iuris ciuilib. & regij, litera M. num. 8. Baeza de decima tutoris. cap. 4. nu. 51. Gutierrez de tutela. 1. p. cap. 9. num. 16. & Olanus in sua concordia, litera M. num. 25. Molina lib. 1. de primog. cap. 9. nu. 49. Padilla. l. fideicommissum. num. 8. cap. de fideicommissis. Anton. Gab. tomo 3. comun. opin. lib. 4. tit. de secund. nupt. concl. 9. num. 6. Oldradus, Cy nus, Iacobus Buttricanus, quos refert, & sequitur Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 5. Glossa 2. num. 9. Spino Speculo testamen. Glossa 29. principali. num. 9. & 10. Et videtur hoc decisum l. regia. 4. tit. 16. part. 6. (vt aduertit ibi Grego. Lopez verb. no casara) cum ibi in tutela testamentaria decidatur petendum esse renunciationem secundum coniugij.

9 Imò Anton. Gomez. nu. precedenti relatus ait posse attentari matrem transeuntē ad secunda vota amittere tutelam testamentariam filiorum, quamuis maritus in testamento contrarium iusserit. Quod veritatem maximum liberorum præiudicium, retēda per matrem tutela, quibus lex matrem prius prolepit: nec vir potuit liberis præiudicium inferre. Idem sustinet Ruin. conf. 87. nu. 10. vol. 5. faretur tamen voluntatem hanc viri id operari. ne mater perdat ipso iure tutelam, donec aditus in dex. ea prioret, prout tenetur atq; aded valere interim ab ea gēlla, tanquam à vera tutrice. At verius est cõtrarium. Quia ea fiducia, quæ maritus de illa habuit, trãscēte ad secundas nuptias,

purgat

purgat suspicionem: sicut & posset maritus quicunque extraneū tutorē relinquere. Et ita sustinet Baldus. c. ex parte. M. n. 2. de appell. Francus, Garronis, Sylva nuptialis, Matienzo nu. precedētū allegati. Unde non sufficit, si non expresse cōstat de voluntate viri: sed quid forte dixit, sit tutrix, quādiu vixerit. Quippe ea verba accipiēda sunt rebus in eodē statu permanētibus. Ita Guido, Garron. Spino. n. precedētū relati.

10. Quāto dubitatur, an ipso iure cesset tutela, matre ad secundas nuptias trāseūte? Videtur enim pars negans vera. Quod nō reperitur textus ipso iure priuans. Nam l. finali. C. quando mulier, solum sic dicitur, *tutamentum antea praesert quod ad nuptias non perueniat.* & auth. Sacramentum: eodē tit. *Sacramentum non exigitur, sed contractis feceritis nuptias expellat eam a tutela cōuenit.* Quae verba expresse dēnotant eam non ipso iure expelli, sed a iudice expellendā. Et l. 5. tit. 16. p. 6. ibi. *Et jure delugar deue facat iugo lūmos de sua guarda.* Non ergo ipso iure cessat tutela, sed iudicis ministeriū ea matre priuatis dēderat. Sed citra dubium tenendum est, ipso iure amitti tutelā. Quia licet d. auth. Sacramentum, dicatur, *expelli eam conuenit*, quibus verbis ministeriū iudicis desiderari significatur: at loquitur de expulsiōne facti, quasi ipso iure desierit. Et eodem modo, d. l. 5. regia accipēda est. Secundo, quia d. l. finali. C. quando mulier, petens vt mater filiorum tutrix futura renunciet secundis nuptiis, clarē dēnotat tutelā dari matri sub conditione ab illis abstinēdi. At tutor sub conditione datus expirat non parens cōditioni. Tutor datus. 8. in princip. ff. de testam. tutela. Tertiō, quia eō ipso quod mater ad secundas migrat nuptias, videtur renunciare tutelā cū eo statu incōpatibili a tenentis dispositione. Quare ex tacita renūciatione cessat, instar beneficii per contractum matrimonij vacantis. Quarto, id probat textus, aut vt sine prohibitione matres. §. vnico. vers. propter reā igitur sancimus, collat. 7. ibi. *Maximē vt secundas contraxerit nuptias, repelle expelli a tutela.* Quod idē supponitur. c. ex parte. M. de appellat. ibi. *Et praed. filij eius, sub potestate, & tutela ipsius minimē permanerēt: eum iam ad secundas vota transferret.* Et ita sustinet Glossa. d. c. ex parte. M. verb. sub potestate, ad finem, & ibi Anton. nu. 1. Speculator, tit. de tutore. §. nunc dicendū. n. 5. Garronis auth. eisdem pœnis, in noua editione nu. 26. C. de secund. nupt. vbi dicitur

quādiu citō mater ad secundas nuptias trāserit, solutam esse tutelam, ac si mortua esset. Eadē sententiā tenet Glossa. l. omnem. 6. in fine. C. ad Tertul. & ibi Bart. l. vnico. Bald. nu. 7. Paul. nu. 1. idē Bart. l. si quis sub conditione 11. n. 27. fin. ff. de testam. tutel. & d. auth. Sacramētū nu. 2. fine: & ibi Salycet. nu. 2. vers. ego probō. idē Salycet. d. l. omnē nu. 4. Abbas. d. c. ex parte, paulō post principium, notabili 2. & ibi Decius in noua editione nu. 5. notabili 2. & n. 29. Bellemera ibi. n. vltimo. Idē Baldus. d. auth. eisdē pœnis. n. vltimo: & d. c. ex parte. M. nu. 2. & ibi Francus n. 2. notabili 3. Preposit. nu. 4. Corneus. d. l. omnē. nu. 2. Angelus de Perusio repetitione. l. mater. n. 5. C. ad Tertul. Angelus de Aretio inst. de action. §. actionum. q. 19. n. 41. Angelus de Gambellionibus tractatu de testamentis, glossa 96. n. 12. Aimon consilio 18. nu. 1. volum. 1. Guido de cessione 539. statim in principio. Sylua nuptialis lib. 2. verb. viduae non est nubendum nu. 50. Lucas de Penna. l. mulieres, col. 1. vers. sed cū mulier. C. de incollis, lib. 10. Riuinus consilio 87. n. 2. & 10. volum. 5. Gregor. Lopez. l. 5. tit. 16. p. 6. verb. *El mas cercano.* Nauar. sum. ma. c. 25. nu. 67. addens eam peccare. l. taliter, si post trāsituram ad secundas nuptias retineat tutelā. Anton. Gomez. l. 1. 4. Tauri. n. 10. & nu. 11. verb. item adde. Tello. l. 6. Tauri. n. 3. Emanuel Sa summa verb. curator. fin. Quare nullum exigitur iudicis ministeriū, sed eō ipso iudice nil agētē amittitur. Quod aper tē docent Doctores allegati dicētes statim expirare tutelam, ac si mater obiisset. Et in terminis proprijs docēt Bart. d. l. si quis sub conditione. num. 27. fine. Bald. d. l. omnem. n. 7. & ibi Corneus nu. 2. Gre. Lopez. d. l. 5. verb. *El mas cercano.* Et melius omnibus Nau. d. c. 25. n. 67. cūm dicat eā reā esse culpā mortalis, si vbi secundō nuptis, retineat tutelam. Non enim peccaret retinens, donec eodē naretur, si iudicis sententiā opus esset ad priuandam eam tutelā.

11. Quae dicta autem sunt de amissionē tutelae per transitum matris ad secundas nuptias, accipiēda sunt similiter, si mater sit curatrix filiorum: id enim munus eō, sō amittit per eum transitum, sicut & munus tutricis. Quippe cōstitutum in vno, habet locū in alio, l. quod si noluit. §. quod in procuratore. ff. de dilict. edito. Et docēt Glossa. auth. matri & auxi. verb. tutelam. C. quādo mulier. Decius multis citatis. c. ex parte. M. in fine, de appell. Aules proœmio. c.

pratorum,

pratorū, Glossa. l. nu. 42. Greg. Lopez. l. 4. verb. la guarda. tit. 16. p. 6. addēs eū Glossa allegata idē esse dicendū, Si mater sit curatrix filij mente capē, vel furiosi.

12. Tādē circa hanc pœnam dubitatur, an pater secundam vxorem ducens perdat similitur filiorū tutelā? Praemittendū est, longē inter se distare, patrem esse legitimū administratorem bonorū filij, qui sub sua potestate cōstitutus est: & esse eius tutorē (quāuis enim filijs patrem habētibus nō detur regulariter tutor: at datur aliquādo si pater eos emancipet. l. si infanti. C. de iure delib. & ibi Bart.) Quippē pater legitimus administrator totū cōmodū habet, & vsum fructū, solum proprietatis est filij: & idē non tenetur rationem reddere, nec cautionem praestare: nec bona eius tacite obligātur, p administratione. Quae secus se habent, vbi pater esset tutor. (vt multis citatis tradit Pinel. l. 1. p. 2. n. 27. C. de bonis matern.) Hoc supposito manifestū est, patrem secūdō cōiugātū non amittere legitimū bonorū filij familiās administrationem. Vt est expresse decisum. l. generaliter, in fin. vers. negoria. C. de sec. nupt. Et ratio est, q̄ huiusmodi administratio cōcedatur sibi ratione vsusfructus, quem in his bonis habet: cūm ad huc tūc eū retineat. l. si. C. de bon. matern. inde est, vt retineat etiā legitimam administrationē. Et ita farentur omnes. At si filij emancipati tutor sit, nō modica difficultas est, an tutela cadat, instar matris transeūtis ad secundā vxorē. Cūm nō sit lex eximēs patrem: & licet nō sit lex priuans, sicut est de matre: militat tū eadem ratio suspicionis malae administrationis bonorū: eō q̄ valde remittatur amor erga filios prioris matrimonij, posteriori inuito. Et idē hanc partē tuentur Angelus auth. de nō eligendo secundō nubentes. §. quia verō. nu. 16. Ripa. l. fin. q. 26. C. de reuoc. don. Chaffan. in cōsuet. Burgū. rubr. 6. §. 8. n. 2. in fi. & nu. 7. Ad cōtrariū est multo verius. Quod non sit lex de patre loquēs: & sit multam diuersa ratio: quippē amor paternus maioris iudicio, ac firmitate roboratur. Quod secus est in foeminas, quae vt potē leuiorēs, ac iudicij stabilitate destituit, saepius nuptiarum nouarū amore captae, non solum res filiorum, sed etiā vitā addicūt. vt ait text. l. lex quae tutores. C. de administ. tutor. & ita hāc partē sustinent Bald. auth. eisdem pœnis. nu. 8. C. de secund. nupt. Angelus. lex facta. n. 4. ff. de vulgari. Fulgof. Corn. Imola, quos refert, & sequitur Pinel. l. fin. nu. 15. C. de bo

nis matern. Minchaca de successiōni creatione, lib. 2. §. 12. num. 36. Baeza de decima tutoris. c. 4. nu. 51. Matienzo lib. 5. Recopit. 1. l. 3. glof. 2. nu. 10. Spino Speculo testamen. glossa 29. principali. num. 14.

13. Quarta pœna est, si vidua filiorū tutrix contra iuramentum praestitum abstinent ad secundas nuptias in tutelā assumptione, ad illas transferit, antequā iudicem ad eam, tutoremq; filijs petat, & rationem reddat. si sepe a tutelā, & exsoluat quidquid subditis rationibus debuerit, incurrit omnes pœnas, quae mulieri secūdō nubenti intra annū luctus sunt iure statuta: quas latē retuli disp. praecedenti. Sic decernit auth. de nuptiis. §. si autem tutela, collat. 4. Et auth. eisdem pœnis. C. de secund. nupt. Quamuis autem hodie non exigatur iuramentum a matre tutrice abstinenti a secundis nuptiis, sed sola simplex illarum renūciatio: vt cōstat ex auth. Sacramentum. C. eodem tit. habent tamen eadē pœna locum. Quippē non ob violationem iuramenti imponuntur, sed propter malam administrationem, eō q̄ ante secundas nuptias in tutelā assumptione. Et ita tradunt Glossa. d. auth. eisdem pœnis. verb. Sacramētū. Et ibi Cynus sine, Bart. nu. vnico. Albericus. nu. vnico. Salycet. fin. Garronis ibi, in noua editione. nu. 27. Idem Bart. dicit. §. si autem tutelam. nu. 1. Hostiensis. c. fin. nu. 2. de secund. nupt. & ibi Alexander de Neuo. nu. 17. Antonius Gabriel tomo 3. cōm. mun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. cōcl. 9. nu. 9. Praeterea, nec talis mater succedit ei filio ab intestato, nec iure substitutionis, si impubes moriatur. l. omnem. 6. C. ad Tertul. Item bona posterioris viri sunt tacite obligata pro mala huius foeminae administratione. l. si mater. C. ex quibus caus. tacit. pig. & ex multis probant Garronis rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione, pœna 28. num. 54. & Anton. Gabr. d. cōcl. 9. num. 4. Eae autem pœnae non contrahuntur, si mulier hāc filiorum tutelam sit minor: quamuis malē assumpserit tutelam, vt potē, quae minoribus est interdita. Sic Bald. d. auth. eisdem pœnis. nu. 1. Et Garronis alijs citatis nu. 9. Anton. Gabr. d. cōcl. 9. nu. 31. Et addit Garron. citato Bald. hoc procedere, quāuis facta iam maior secūdō nuptis nō petito tutore, dūmodo tēpore, quo tutrix creata fuit, esset minor. Alijs etiam modis limitatur hoc: de quib; latē consulendum sunt Baldus tota ea Auth.

eisdem

eisdem pœnis, & ibi Garronis à num. 9. & Antonius Gabriel tota ea conclus. 9. Hæc autem pœna nõ habet locum in viro. Cùm enim transiens ad secundas nuptias non amittat tutelam (vt probauit nu. præcedenti) non est cur obligetur petere tutorem ante transiit ad illas: atq; ita bona mulieris non sunt tacite obligata pro mala administratione huius secundi viri tutoris: vt bene docet Garronis rubrica. C. de secunda. nup. in noua editione. num. 56. pœna. 28.

14. Quinta pœna est. Si relicta sit à viro exequitrix testamenti, id munus amittit, si ad secunda vota transeat. Quod tutela & exequitio testamenti æquiparentur, & ab illa ad hanc argumentari licet. Vt testantur Glossa. Lantepenult. verb. ad alium. ff. de tutel. & l. vxori. verb. ascriptis. ff. de falsis. Et alijs relatis Peralta. l. omnem. num. 19. ff. de legat. 2. Bæza de decima tutoris. cap. 19. num. 22. Padilla. l. eam quam. num. 71. C. de fideicom. Cùm ergo hæc mulier perdat tutelam, amittet similiter testamenti exequitionem. Atq; ita docent Guilielmus Benedictus. cap. Raynitiis. verb. qui cum alia. num. 203. de testam. Lucas de Penna. l. quoties. colum. 2. vers. sed pone mulier. cap. de priuilegijs scho. larum. lib. 12. Spino Speculo testam. Glossa 28. principali. num. 35. Et dubius relinquit cogitandum Ioannes Lupus rubrica de donat. inter vir & vxor. §. 57. num. 15. At tenendum est, id officium non amitti: nec enim semper valet argumentum à tutela: & maxime in his pœnalis, & vbi tam diuersa ratio subsist. Et constat ex l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2. iuncta. l. si arrogati. ff. de tutel. vbi tutela finitur deportatione, secus de officio exequitionis, vel electionis. Et ita docent Bart. l. à filio, in principio. num. 2. ff. de alimentis, & cibarijs. Baldus Authent. eisdem pœnis, in fine. C. de secund. nupt. Decius. l. 2. num. 21. ff. de regul. iuris. & cap. ex parte. M. in noua editione. num. 6. notabili 2. de appellat. Ioannes Lupus. l. 31. Tauri num. 38. & 39. Coartua. cap. tua. num. 3. de testam. Gregor. Lopez. l. 2. verb. frailes. tit. 10. part. 6. Auiles proemio. cap. prætorum. Glossa 1. num. 43. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 4. l. 5. Gloss. 8. num. 5.

15. Hinc deducitur, minus verum esse quod aliqui audent dicere (quos tacito nomine refert, nec improbat Ioann. Lup. rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 67. num. 14.) nempe, commissionem nomine viri con-

cessam ab ipso vxori testandi, & expirare ea secundo nubente. Quod dubius relinquit cogitandum Cifuentes. l. 31. Tauri. num. 4. dubio 2. Sed eum pœna hæc nullo iure probetur, imponenda minime est. Et ita sustinet idem Ioannes Lupus. l. 31. Tauri num. 38. & 39.

Sexta pœna est, vt quauis filij apud matrem viduam potius educandi sint, vt constat ex l. 1. C. vbi pupilli educari debeant: at si transeat ad secundas nuptias, educandi pupillos iure priuatur. Non leuis autem difficultas est inter iuris casares interpretes, an leges præcisè priuent hanc matrem ea educatione: an solum ob id reddatur suspecta, ac iudicis arbitrio relinquatur, num ea circumstantia concurrant in matre, quæ suspensioni huic præponderent, ac proinde non sit ei prolis pupillæ educatio deneganda. Quiddam enim censent præcisè priuari educatione. Ducuntur ex l. 1. C. vbi pupilli educari debeant, ibi: *Educatio pupillo- rum tuorum nulli magis quam matri eorum, si non viduam eis induxerit, committenda est.* Et quauis postea is textus subdat, iudicis esse, orta lite inter matrem, & cognatos, circa pupillic educationem, arbitrari inspecta personarum conditione, vtri præferendi sint: & sic videatur decidere id esse arbitrium: at reuera ea verba arbitrium indicantia, sunt referenda ad ipsam matrem, dum vidua permanet, cui incumbere educationem lex illa deciderat. Potest enim accidere illam talem esse, vt merito educatione hac priuanda sit. Vt constat ex l. 1. iuncta Glossa. verb. ex conditione, & l. si disceptetur. §. ff. vbi pupilli educari debeant: & l. Regia. 9. tit. 16. part. 6. quæ matrem bonis moribus ad hanc educationem imbutam esse petunt. Vnde sensus est, licet orta circa educationem, iudex arbitretur num ij mores desiderentur in matre, vt iure optimo sint illi in hac educatione præferendi cognati. Quod vel inde constat, nam priuatio, qua mater per legem priuatur educatione, eò quod secundo nubat, supponit terminos habiles, scilicet, matrem tale fuisse cum erat vidua, vt nisi secundo nuberet, tutela minime priuaretur. Iuxta vulgare philosophicæ axiomæ, Priuatio supponit habitum, & potentia. l. decem. ff. de verb. obligat. cum similibus. At quando mater transit ad secundas nuptias, præcisè vult textus ille, vt ea educatio ei denegetur, ibi: *si non viduam eis induxerit.* Et clarius id præcisè statuit Au-

16

thent.

thent. de nuptijs. §. eiusdem quoque, collat. 4. ibi: *Quoniam omnium mater si dignior ad filiorum educationem videatur: dat ei, & hoc hæc lex, nisi ad secundas accesserit nuptias.* Et Authent. vt liceat matri & auia. §. illud quoque, collatione 8. ibi: *Et mater ad secundas non venerit nuptias, apud matrem nutritur.* Et adhuc clarids. l. Regia. 10. tit. 16. p. 6. ibi: *Pero si huiusmodi madre que fuisse muger de buena fama, bien le puede dar el hijo que lo cria, e ella puede lo tener mientras mantuviere viudez, e non casare: mas luego que casare, deuen sacar el huersano de su poder.* Vbi aperte discrimen constituitur inter viduam bonæ famæ, dum vidua permānet: & quando est secundo nupta: in priori enim casu voluntarium esse iudici tradere matrem prolem educandam significatur, ibi: *Puede dar el hijo que lo cria.* Nam verbum, potest, affirmatiue prolatur importat actum voluntarium. vt optimè tradunt Bart. l. Gallus, in principio. num. 4. ff. de liber. & posthum. Ruinus consil. 69. num. 12. volum. 1. cum innumeris alijs, quos refert, & sequitur Celsus consil. 112. num. 6. vnde dicit ibi Bart. verbum, potest, affirmatiue positum in legibus, rescriptis, vel contractibus, nõ quam reperiri importare necessitatè præcisam. In posteriori autem casu, vbi est sermo de vidua secundo nupta, sic dicitur: *Mas luego que casare, deuen sacar el huersano de su poder.* Et ita præcisam necessitatem ea verba important. Nam verbum, debet, eam dicit. (vt ex multis probauit lib. 4. disputat. 23. num. 2.) Præterea addidit, *Luego*, cui correspondent Latine aduerbia, illico, statim, quæ eam denotant celeritatem, vt omnem dilationem excludant, ac sententiam latam importent. Vt multis citatis docet Tiraquel. l. si vnquam. verb. reuertatur. num. 109. & sequentib. cap. de reuocand. donat. Et Gutierrez de iuramento. 1. part. cap. 62. num. 4. Et confirmatur, quia aliàs nullum esset discrimen inter priorem & posterio rem casum, si in vtroque concederetur arbitrium iudici circa hanc educationem. Et secundo confirmatur, quia eodem tenore loquitur agens de tutela. l. Regia. 5. tit. 16. part. 6. ibi: *Dene sacar los moços luego de su guarda, y de su poder: ac dict. l. 19. loquens de educatione, ibi: Mas luego que casare, deuen sacar al huersano de su poder.* Si ergo ipso iure statim per secundas nuptias amittitur tutela, (vt numo. 10. probauimus) amittitur similiter ius educationis: eò vel maxime quod ille. l. 5. non

tantum dixerit statim matrem priuandam esse tutelam. Quod significant ea verba, *De su guarda*, sed etiam educationem, quod significant ea verba: *de su poder*. Id enim verbum ad educationem refertur, vt constat ex dict. l. 19. quæ de educatione agens eodem verbo vult esse, ibi: *Deuen sacar al huersano de su poder.* Et adhuc tertio confirmatur, quia dum dicit, *Mas luego que casare, deuen sacar al huersano de su poder*: necessarium intelligit textus de vidua bonæ famæ, apud quam proximè dixerat educandam esse forentem, quando enim nõ esset bonæ famæ, sed suspecta, educationis incapax esset, vt potè quæ conditio ne ibi ad educationem petita caret. Quare in eo euentu nõ essent expediendæ secundæ nuptiæ, vt educatione priuaretur. Secundo principaliter probatur hæc sententia, quia mater transiens ad secundas nuptias, tanquam suspecta priuatur eò ipso tutela etiam testamentaria (vt num. 8. & 10. probauimus) nec in hoc vult iudicis arbitrium versatur. Ergo à fortiori priuanda est educatione. Nam tutor principalis datur personæ, quam bonis. Vt constat ex tutela definitione tradita. l. 1. ff. de tutel. Et ex §. penultimo. Inst. qui testamento tutores ibi: *Persona, non causas, vel vti tutor datur.* Vbi Glossa verb. persona; ait principaliter dari personæ pupilli, vt eum bonis moribus instruat, & secundariò rebus. Et similis textus est. l. Regia. 1. tit. 16. part. 6. Et idè Bald. l. precibus. num. 18. C. de impuberum, & alijs substituit. dicit administrationem bonorum pupilli esse, quid accessorium ipsi educationi: quæ est quid principale. Cùm ergo iura eò ipso quod ad secundas nuptias mater trāsit, priuent ipsam tutelam, non est dicendum priuationem hanc intelligi quoad partem minus principalem, & accessoriam, quæ est administratio bonorum, retenta educatione, quæ est principalior. Tunc enim potius verificaretur non amitti tutelam: cum principalis maneat, à quo simpliciter fit denominatio. Et confirmatur, quia fidelior, atq; omni suspicione liberior persona desideratur ad pupilli educationem, quam ad eius bona administranda, & idè quauis iure permittatur vitricum esse pupilli tutorem: vt notatur. l. sin. C. de contrario iudicio tutelæ: at ipsi non integra tutela conceditur, sed sola bonorum administratio, denegata educatione tãquam personæ suspectæ. Vt optimè Glossa. l. 1. verb. si non viduam. C. vbi pupilli educari debeant,

& l.

§. l. finali. verb. proponis. C. de contrario iudicio. Si ergo ea mater suspecta reputatur ad bonorum administrationem, & id eod ab ea repellitur, à fortiori suspecta creditur ad educationem, eaq; priuanda erit. Atque ita Glossa authent. de nuptijs. §. eiusdem. verb. dat ei, collat. 4. magis suspectam reputat hanc matrem ad educationem, quam ad bonorum administrationem. Quarens enim cur matri huic non detur educatio, cum victricus possit esse tutor, dicit hæc verba: *Responde aliud in educatione, qua possit plerumq. viti eius esse insidiosa, quam in tutela.* Idem sequitur Ruinus consil. 87. num. vltimo, volum. 5. Tertio, quod ius hanc matrem educatione priuauit, præsumere fore, vt mariti amore obæcata, & quasi in nouerca conuersa, non solum filiorum curam negligeret, sed etiam eos odio quasi nouercai prosequeretur: eorumq; vitæ insidias pararet, vt victrico eius viro morem gereret. Vt constat ex l. lex que tutores. C. de administ. tutor. ibi: *Quæ plurimum nouis maritis non solum re: filiorum, sed etiam vitæ am addicunt.* Et Authen. de nuptijs. §. s. in autem. versi. nos autem, collat. 4. ibi: *Neglecta filiorum charitate optima.* Et l. 19. tit. 16. part. 6. ibi: *Porque dixeron los hijos, que le muger se le amar tanto al nuevo marido, que no tan solamente le daría los bienes de sus hijos, mas aun que consentiría en la muerte dellos, por fazer placer à su marido.* Et confirmatur, quia tunc cessat ratio ob quam lex matri fidens, ipsam in educatione cæteris præfert, quam reddit textus Authen. de nupt. §. eiusdem quoq; ibi: *Quoniam omnium mater fide dignior ad filiorum educationem videbatur.* Vbi enim secundò nubit, valde suspectam eam leges reputat, (vt probauit) nedum ei fidunt. Atque ita eodém. §. idé textus post prædicta verba immediatè subdit: *Nisi ad scindas accesserit nuptias.* Significat tunc præcisse matrem educatione priuandam esse, cessante fiducia, quæ credenda ei educationis ratio erat. Quartò, quoniam præsumptio hæc suspicionis huiusmodi matris, est iuris & de iure. Vt testatur Ruinus consil. 87. num. 7. & 10. volum. 5. Et constat, quia ius huic præsumptioni innitens statuit matrem educatione priuandam. Quæ est definitio huiusmodi præsumptionis. (vt diximus hoc lib. 7. disput. 37. num. 8. & 9.) Non ergo admittenda est contraria probatio bonæ famæ huiusmodi matris, qua elidatur dicta suspicionis præsumptio. Tandem, quia e-

sto in speciali aliqua femina cessaret hæc suspicio, non id eod cessare debet legi dispositio eam educatione priuandam. Cum communis sententia sit, legem ob bonum commune editam non cessare, cessante eius ratione in aliquo solo speciali casu. Et id eod hanc sententiam sustinent Glossa Authen. vt liceat matri & auæ. §. illud quoque. verb. non venerit, collat. 8. Ancharr. consil. 316. in causa quæ vertitur. num. 4. Ruin. consil. 87. fine, vol. 5. addens quauis tutrix remaneret, priuari eam educatione, Aimon consil. 18. nu. 3. vol. 1. Guido decil. 539. nu. 1. Garron. rubrica. C. de sec. nupt. in noua editione. nu. 6. pena. 5. Motaluus l. 19. fin. tit. 16. p. 6. Menoch. de arbitrarijs, centuria 2. casu 168. nu. 10. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. §. 1. Glof. 2. num. 8. Spino Speculo testamentorum, Glossa 29. principali num. 13.

Quauis autem hæc sententia sit valde probabilis, at probabilis reputo nõ excludi præcisse hanc matrem à prolis pupillæ educatione: sed solum præsumptione iuris esse contra illam, quæ suspecta sit, atq; ad eod in dubio stādum esse hæc præsumptione & excludendum eam ab educatione: posse tamen ijs coniecturis honestæ vitæ matris, ac victrici, præsumptionem hæc infirmari, vt educatio matri non deneganda sit: quare arbitrio iudicis cõmitti, an mater in hac educatione præferenda alijs sit. Ducor, ex l. 1. C. vbi pupilli educari debeant, vbi textus prius tradit hanc regulam generalem. Pupilli educatio nulli potius, quam matri cõmittenda est. Vbi manifestum esse sermonè de matre vidua, indicat limitatio statim ibi adiuncta, *si non victrici ei induxerit.* In qua limitatione iam est sermo de matre secundò nupta. Et statim subiicit textus hæc verba: *Quando autem inter eam, & cognatos, & tutores super hoc orta fuerit dubitatio, aditus preses provincia inspecta personarum qualitate, & conditione, perpendet vbi puer educari debeat.* In qua clausula consistit punctus difficultatis huius quæstionis. Nam contraria sententia vult non referri ad matrem secundò iam nuptam, sed viduam. Huius autè sententiæ nostræ placet referri ad matrem secundò iam nuptam, ita vt quod proximè dixerat ille textus, nimirum, matrem secundò nuptam priuandam esse educatione, limite tur per eam clausulam, nisi iudex arbitra matris, & victrici conditione, aliud arbitratu fuerit. Quem intellectum si probò, Quia descendens textus ad hanc clausu-

lam, vt iur. pronomine, eam, ibi: *Quando autem inter eam.* Cuius est natura, vt repetat, referat, ac restringat præcedentia cum omnibus ius qualitibus. Vt latè multis relictis Rolandus consil. 79. nu. 54. volum. 3. Menochius consil. 390. nu. 13. volum. 4. Cum ergo referat matrem, de qua, & vidua, & secundò nupta. textus ille egerat: necessariò prædicta relatio facienda est ad eam propinquiorè, qui est, quado mater secundò nupserat. Id enim relationis natura habet, vt referat proximè præcedentia. Glossa finalis. l. si idem cū eod. ff. de iurisd. omn. iudic. quam omnes feribentes ibi sequuntur. Iason. l. legatum num. 12. ff. de legat. 1. Sentit ergo textus arbitrio iudicis cõmitti, an educatio hæc matri secundò nuptæ concedenda sit. Et confirmatur, quia si in ea clausula non sit sermo de matre secundò nupta, minimè est cur possit agitari lis inter ipsam, & cognatos, ac tutores, circa prolis educationem: nec eius litis decidit iudicis arbitrio committenda fore: cum initio illius textus, & auth. de nuptijs. §. eiusdem quoq; collat. 4. decidat, in educatione hæc matrem viduam omnibus anteponendam esse. Secundò, quia fortius excluditur victricus ab educatione hac, vt potè quæ causa est suspicionis, ob quam excluditur mater. At hic si ita bonis moribus imbutus sit, vt omni suspicionem vacet, non excluditur à priuandam educatione. Vt constat ex l. si paterno affe. C. de negotijs gestis. ibi. *Si paterno affe. priuigenas tuas aluisti.* Vbi id notat Paulus nu. 3. Alexander. nu. 1. notabili 2. Baldus. l. omnem 6. nu. 11. C. ad Tertul. Curtius iunior cõsil. 94. n. 9. Cuiatius lib. 6. obseruationu. c. 29. Grego. Lopez. l. 19. verb. que casare tit. 16. p. 6. Caldas. l. si curator verb. sine curatore nu. no. versi. vnde quarta, & vltima. C. de in integr. restit. Tandem probatur, quia sapientissimus Plato lib. 11. de legibus. lege cõstitutè dicebat educationem apud matrem secundò nubentem, non esse ex toto reijciendam: sed concilio habito id ex circumstantijs perpendendum. Nec obstant argumenta in contrarium adducta. Non. i. d. d. ex l. 1. C. vbi pupilli, quia latè probauimus arbitrium illud non ad matrem viduam, sed ad secundò nuptam esse referendum. Nec valet cõtraria probatio, nempe, priuationem supponere habitum. Id enim verum est, at ea versus differentia, nam quamdiu mater vidua manet, satis est præsumptio iuris qua quilibet præsumitur bo-

nus, & honestus, ne educanda sobole priuatur; & in negantem hanc morum honestatem transfunditur onus probandi: atq; tunc sufficit vulgaris bonitas, & honestas morum. At quado iam secundo nupta est, cum presumpcio suspicionis sit contra illam, desideratur peculiaris bonitas, & honestas, & talis, vt merito præponderet suspicioni ex secundis nuptijs orta: & tali secundo nuptæ incubit ea honestas morum probatio. Nec cæteri textus in eo argumèto adducti obstant, intelligendi enim sunt iuxta. d. l. 1. vt regulariter sit ea mater priuanda educatione, nisi ex circumstantijs arbitretur contrarium iudex. Nec. l. illa regia 19. tit. 16. p. 6. quæ prescius vrget, corrigit ius commune. Tū, quia leges Paritæ nunquam à iure communi deuiare censentur, nisi expressis verbis contrarium in eis continetur. (vt probauit lib. 3. disput. 41. n. 8.) quod tantum abest vt hic cõtingat, vt nec Motaluus, & Greg. Lopez illius legis commentatores, nec Olanus, qui in sua cõcordia iuris, in fine, exactissimè explicuit quæ leges Partiarum ius commune corrigant, hanc correctionem notarint. Quin potius Motaluus ibi, in fine, & Gre. Lopez verb. que casare: & Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. glof. 2. nu. 8. asserunt eam legem concordare cum iure communi. Tum etiam, quia. l. illa 19. in eo quod decidit prolem apud matrem bonæ famæ educandam esse, nisi secundò nupserit, expressè concordat cum. l. 1. C. vbi pupilli educari debeant: at penitus omittit limitationem illam ea. l. 1. contentam, minirum, orta contentione ob secundas nuptias matris, iudicis esse arbitrari. Quare tanquam casus omiffus relinquatur dispositioni iuris cõmunis. l. commodissimè. ff. de liberis, & posthum. Neq; alicuius momenti est pòderatio verborum, debet, & potest, quibus vta est. d. l. 19. Nāq; manifestè ea verba ibi confunduntur: & verbum, potest, importat ibi necessitatem. Si enim mater honesta sit, ac vidua permaneat, nõ solum potest iudex illi cõmittere educationem (vt decidit illa lex) sed ad id tenetur. Vt est textus expressus. d. l. 1. & auth. de nuptijs. §. eiusdè quoq; Nec verbum, debet, semper importat præcissam necessitatem: maximè si inde inducatur correctio alicuius legis. (vt ex Bartolo, & alijs probauit lib. 4. d. 23. n. 2.) Et verbum, Inego, ibi positū debet intelligi iuxta decisionem iuris communis, nisi mater secundo nupta probetur morum honestatè suspicioni pòderatè.